



Uebersicht.

62 Progr. und den Jahren 1656. 58-71. 13-80. 1102. 58. 20.

- Nr. Rectoren.
1. M. Nicolai Gubler
 2. H. H.
 3. ^{M.} Andreas Naidner 1510-1516.
 4. M. Vincent Hofner 1516-1523.
 5. M. Christoph Kriemberg
 6. M. Uebach Leipzig
 7. M. Johann Kriem 1531-
 8. M. Severin Baden 1535-
 9. M. Emmich Otto
 10. M. Andreas Kriem - 1545.
 11. M. Erasmus Eddiger
 12. M. Johann Dionis 1552. - 1559.
 13. M. Georg Wegler 1559 - 1575.
 14. M. Ulrich Stalt. 1575 - 1576.
 15. M. Adrian Luglitz 1576 - 1577.
 16. M. Ulrich Wolberg 1577 - 1581.
 17. M. Johann Franke 1581 - 1594.
 18. M. Johann Wolff Frank 1594 - 1595.
 19. M. Christoph Liese 1595 - 1603.
 20. M. Wolfgang Ulla 1603 - 1608.
 21. M. Ulrich Stengel 1608 - 1609.
 22. M. Ulrich Cronold 1609 - 1614.
 23. M. Ulrich Krause 1614 - 1617.
 24. M. Ulrich Weyler 1617 - 1619.
 25. M. Ulrich Krause 1670 - 1672.
 26. M. Ulrich Lafmann 1672 - 1682.

- Nr. Rectoren.
27. M. Joh. Nibel 1683 - 1699 kein Progr.
 28. M. Gidon Gellert 1700 - 1702. 1 Progr. a. 1702.
 29. M. Joh. Kilfacker 1702 - 1708. 1 Progr. a. 1703.
 30. M. Friedr. Hilff 1708 - 1714. kein Progr.
 31. M. Johann Engel 1714 - 1721. 1 Progr. a. 1720.

1527.

V. u. H.

80.



CERTAMEN
Schematologico-Rhetoricum,

Q V O
per

FIGURAS

RHETORICAS tam *διανοίας*, quam *λέξεως*
deductæ aliquot *Sententiæ*, quæque de ornatu sui
pariter, ac de fama gloriæq; perpetuanda ratio-
ne certabunt,
institutum,

Quibusd. bonæ indolis ac industriæ
Adolescentibus

in

Scholâ Annæmontanâ

A. O. R. M. DC. LXIV.

D. Novemb.

Moderatore

M. JOHANNES Bogelhaupt /

Scholæ ib. R E C T O R E.

FREIBERGÆ, Literis Beutberianis.

Longum iter est per Præcepta; breve & efficax per Exempla, ait
 Advocatus ille bonæ mentis, L. Annaus Seneca, (a) cum
 Lucilium suum docere vellet, in discendis animi virtuti-
 bus, plus prodesse vivam vocem & convictum, quàm ora-
 tionem & libros. Itaque hortatur eum: *In rem, inq̄uens,*
presentem venias oportet: primùm quia homines amplius oculis quàm
auribus credunt: Deinde, quia longum iter est per Præcepta, breve & effi-
cax per Exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummo-
dò audiisset: Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, an-
ex formulâ suâ viveret; Plato & Aristoteles, & omnis in diversum itura
sapientium turba, plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxit. Hæc
ille & ibidem plura. Quæ uti verissima sunt, ita id præcipuè volunt,
melius homines ad rationem vitæ erudiri exemplis, quàm Præceptis.
 (b) Plin. L. VIII. ep. 18. *Exempla enim in primis hoc in se boni habent, quòd approbant, quæ præci-*
 Id. Paneg. *piunt, fieri posse. (b) Et facillimè homines, quid profit aut obsit, animadvert-*
 Traj. c. 25. *tunt, cum multa multorum Exempla intuentur, ait Dion. Halicarnass.*
 (c) L. XI. *(c) Enimverò quis ignorat, quanta vis sit Exemplorum in utramque*
 Hist. pr. *partem; ut & à cupiditatibus malis abstrahant, & ad boni amorem*
incitent? Tum etiam erudiant ac doceant? Quod enim exemplo boni
fit, jure fieri putatur: imò malunt homines Exempla, quàm verba. Ita
verò in universum, quæ de Exemplorum efficacia ad vitam dicuntur,
nos haud ineptè, opinor, ad doctrinam traducimus. Ubi etiam va-
let Seneca Canon; Longum iter est per Præcepta, breve & efficax per
 (d) L. II. de *Exempla. Hoc est, ut Columella loquitur, Nil docetur absque Exemplo*
 re rust. c. 1. *rectè, nilve discitur. Ἄνευ δεῦν οὐδὲν ἢ μάθῃσιν ἀνὸρ ὁ ἀδελφικὸς, obscu-*
 (e) Plut. de *ra est doctrina sine Exemplis. (e) Et inde est, quod in tradendis Artium*
 animi tran- *Præceptis Præceptores Discipulis acclamant, Accipite Exempla. Nam*
 quil. *in his talibus verba perdit, si quis sine Exemplis verba facit. Quo-*
rum etiam multa Disciplinarum Artiumve Systemata, nisi monstre-
tur usus per Exempla? Sceleta sunt sine corpore; arbor sine radice.
Proinde jam ab ultimâ Artium origine receptum usu est, ut Gramma-
 tices,

Epist. 6.
 L. I.

(b) Plin. L.
 VIII. ep. 18
 Id. Paneg.
 Traj. c. 25.
 (c) L. XI.
 Hist. pr.

(d) L. II. de
 re rust. c. 1.

(e) Plut. de
 animi tran-
 quil.

rites, Logices, Rhetorices Elementis sive Erotematibus ac Præceptionum
 Regulis apponantur idonea & discipulorum captui convenientia Exempla,
 quibus tanquam radiis quibusdam obscuriora Præcepta illustrantur
 ita, ut absque magnâ difficultate dociles Adolescentum animi ea per-
 spicere ac intelligere queant. Quemadmodum verò per Numinis
 divini gratiam, hoc & superiori seculo, bonarum Artium doctrinæ è
 difficultatibus suis eluctatæ, tandem à Doctissimis viris in lucem pro-
 tractæ, earumque Præceptiones faciles, breves, perspicuæque con-
 scriptæ sunt: Ità his alii aliique idonea, spissa, illustriæque cum primis
 Exempla addiderunt adeò, ut in luce hac Doctrinarum Juventus fe-
 licissimè, nisi cœcutire velit, proficere ad Eruditionem queat. Ne-
 que verò tamen Præcepta ista Artium præcipuè Logicarum, etiam u-
 sitatis suis confirmata Exemplis, sufficere Discipulis satisque facere
 intelligentiæ posse reor, nisi & Præceptores quotidiè Exempla vel in
 Auctoribus observata Præceptiunculis Regulisque subijciant, vel ar-
 tificiosè nova gignant. Quà in parte uti hæctenus Nostris in hac qui-
 dem Triviali Stoá, non deesse laboravimus, ità quod in Grammaticâ
 Logicâq; indies fit, id in Rhetoricâ negligere nolumus. Quamquam
 autem post C. L. Vossii Institutiones Rhetoricas seu Oratorias nemo vel
 Cicero vel Fabius dare absolutius opus possit: nemini tamen vitio vel
 dividia erit, qui in Discipulorum gratiam Præceptis Exempla adjungat
 plura, istaq; Elementa Formis quibusdam novis animet, ut vegetiora fiant.
 Id verò in præsentia quod ad Doctrinam de Figuris attinet, tentare
 voluimus. Quarum quidem in numero, nominibus, vi & naturâ ex-
 plicandâ Rhetores optimi maximi dissentiant; illæ tamen sententia-
 rum discrepantiæ nobis hæc officiant. Diximus, cujus vestigia pro-
 ni sequamur. Nempe doctrinam universam de *ῥήμασι τὴν λέξεως, τὴν
 ἁπλοῦς καὶ τὴν αὐξήσεως* Exemplis nonnullis non sparsim, sed tractim il-
 lustrare, Discipulisque perpetuâ quasi serie differentias & vim Fi-
 gurarum, usumque monstrare decrevimus. Quale quod sit ex CL.
 ARNOLDI, Norinberg. Prof. ORNATU, (e) & CL. MITTERNACH- (f) c. VI.
 TI Figurarum Rhet. usu, Elementis Rhetorices subnexo patet. In Reg. 50. P.
 hoc 375.

Hoc tamen ab istorum Exemplorum ordine discessimus, rationem
instituti nostri præcipuè secuti, ut *Figuras Sententiarum*, quas vocant, cum
Figuris Dictionis, tanquam ornamentis suis copularem, & non serva-
tà Præceptionum serie, *Figuras certas certis Orationis aliàs usitatis Par-*
tibus applicarem. Eà nimirum fini, ut discerent Tirones *Usum*,
quem habeant Figuræ in Orationibus condendis exornandisque. Non
quod iste ordo ubique tenendus sit; sed quod talis præsentis instituto
aptior præ cæteris visus. Cujus quidem consilii nostri ratio ex infra
subjecto *ῥήματι* ad oculos patefcet. De materiâ autem Exemplorum
cogitanti in mentem venit illius: *δὲ λ' ε' τε καὶ ρ' ω*, Servite temporibus.
Cum igitur instantem XXVI. diem Novemb. qui est CONRADI, Viri
Speçtatifsimi Dn. CONRADI KLEINHEMPELII, Consil. Saxon.
νῦν ἐν ἀγίοις, testamento legati XX. Floreni ex sorte CCCC. Flor.
redeuntes, inq; Libellos Scholasticos Civibus suis Annæbergensib. aliisque
queis literæ cordi sunt diribendos, impensi, præsentis Senatu & Dnm.
Inspectoribus distribuendi essent; memoriam tam benefici Legato-
ris colere gratâ mente studuimus. Atque iccirco Beneficentiam, quæ
in studiosos literarum præcipuè pauperiores exercetur, laudare, eamq; ut
optimam & unicam famæ gloriæq; æternæ comparandæ rationem commen-
dare jussimus. Quandoquidem verò hæc sententia *ὡς ἀδοξ' &* videa-
tur multis, qui Liberalitatis hoc genus ineptum ac supervacaneum
arbitrantur; proque diversitate votorum studiorumque hic istam
ille hanc famæ perpetuandæ rationem præferat: ideò surgent è grege
nostro Sympalæstritæ, qui diversis sententiis assumtis, collatis inter se
armis (Nihil enim est magnum, nisi minori conferatur) pugnabunt, &
de sua quisque opinionis veritate atque prælatione pro virili certabunt.
Ut autem ne nesciatis, LECTORES & mox AUDITORES humanis-
simi atque honorandi, quo ordine & quid dicturi Nostri sint, Perso-
nas & Argumenta rerum indicabo.

I. CHRISTIANUS Fischer/Wisenthal. Misn. asseret hanc
Thesin: Exstruere domos & condere urbes parit famam nominis nostri im-
mortalem.

Sententiæ suæ consentientem habet *Scripturam S. & Naturam*
 & *Auctoritatem veterum & Usam.* *τίκνα καὶ οἰκοδομὴ πόλεως σπείζουσιν*
ὄνομα, Liberi & edificatio Urbis nuntiunt nomen, Luth. Kinder zeugen
 und Städte bessern macht ein ewig Gedächtniß. (g) *Homerus*
Vulcanum fabricandi inventorem unâ cum *Pallade* putavit, hoc est, *Ne-*
cessitatem & Solertiam. (h) Inde agrestem incultamqve hominum in i-
 nitio seculi vitam, à communiione brutorum animalium vel fera-
 rum, *URBIUM* constitutio prima discrevit. *In his nomen Reip. pepe-*
rit communis utilitas, ideò potentissima nationes ac Principes consecrati,
nullam majorem gloriam putaverunt, quàm aut fundare novas civitates,
aut ab aliis conditas in nomen suum sub quâdam amplificatione transferre.
 (i) *Enochiam* certè omnium urbium vetustissimam *Cainus* de filio suo
 in perpetuam rei memoriam nominavit. (k) *Quid quæsivere aliud*
Reges gentium & Romani inprimis, qui de nomine suo *Urbes, Tempa,*
Theatra, Pontes, Portus, Palatia, Sepulcra appellaverunt, quàm Gloriam?
 (l) Et quis nostrum in hac *URBĒ* non festinat restaurare ex cineribus
 collapsas ædes, quò & sibi paret hospitium, & majorum nomen libe-
 ris suis unâ cum possessione domûs tradat?

(g) *Siva*
XL. v. 2

(h) *Nat*
Com. My
L. 11. c.
pag. 153.

(i) *Veg*
L. IV. de

(k) *Gen*
IV. 17.

(l) *Thea*
Zvving.

L. VI. p.
551. seq.

II. JOHANNES Pfefferkorn / Annæb. hoc Thema confir-
 mabit : *Procreasse liberos in ornamentum familiae & amplificationem*
civitatis, memoriam stirpis nostræ sempiternam conservat. *Ἄνδρες (Φησὶν)*
αἱ πόλεις ἐκ οἰκοδομῆματᾶ. *Viri (ut ajunt) urbes sunt, non domus ipse.*
 (m) *Cum* igitur civitatem non muri sed viri faciant, procreatio libe-
 rorum in Rep. augenda & propaganda est. Hæc enim; (ex legitimo Con-
 jugio) est principium civitatis constituendæ, hominum officina, seminari-
 um *Reip. amplificandæ, & IMMORTALITATIS* quâdam imago, quæ
Humanitati perpetuitatem largitur. Etenim idcirco filios filiasve concii-
pimus atqve edimus, ut ex prole eorum earumq; diuturnitatis nobis me-
moriâ in ævum relinqvamus, ut loquitur Jctus Callistratus. (n) Hinc
Plato (o) non ineptè conjugii finem esse pronuciavit, *relinqvere*
DEO cultores, (adde) & patriæ cives post se. Vita enim à majoribus ac-

(m) *Ha*
mer. So
ap. Phot

(n) *In l.*
berorū 22
S. 3. D.
V. S.

(o) *L. V*
de Leg.

cepta

cepta vicissim quasi tæda ardens posteris tradenda. Procreatio igitur liberorum non tantum in publicum prodest, (unde Imperatorum sanctiones de Præmiis, (p) Privilegiis ac Immunitatibus Conjugum; de- que pœnis cœlibum) sed & parentum, præcipuè Nobilium, nomen, memoriamqve conservat. *Στόλοι γδ ὄκων εἰσὶ παῖδες ἀρσένες, Columnæ domorum sunt liberi masculi:* (q) adeò ut Cicero (r) Filium nominet spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familia, designatum Reip. civem. Laudentur ergò ædificatores, victores, Scrip- tores:

(t) *At illa laus est magno in genere, & in divitiis maximis, Liberos hominem educare, generi ornamentum & sibi.*

III. GOTTLIEB Cramer / Longobessens. Misn. Scholæ Alum. pro hac sententia pugnabit: *Hostes à patria depellere, & victorias obtinere; statuasq; ac tropæa ponere, gloriam comparat nunquam interit- eam.*

Rectè *studium rei militaris compendiariam quasi & proximam ad gloriam possumus dicere viam;* quippe quo & infimæ fortunæ homines ad summum honoris fastigium ascenderunt, & illustres viri, vel unico interdum prælio, vel victoriâ mirabili, nomen suum immortalitati dedicarunt. *Coclitæ profectò, Manlios, Corvos, Scipiones, Horatios nesciret ævum nostrum, nisi virtute bellicâ nominis famam comparaf- sent sibi æternam.* (u) *Tropæa Militiadis excitabant Themistoclem so- mno:* (v) & *Epaminondas unam Leuctricam pugnam, præ sobole nu- merosâ non modò superstitem sibi, sed etiam immortalem fore judi- cavit.* (x)

IV. CHRISTIANUS Stempel / Witteberg. Saxo, rejectis re- liquorum votis, hoc defendet: *Utiles libros & monumenta rerum ge- starum scribere, ab interitu nomen nostrum vindicat.* Libri sunt una- rebus humanis monumenta, quibus nulla tempestas noceat, quæ nul- la consumat vetustas. Cætera quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles, aut terrenos tumulos in magnam eductos altitu- dinem

) Ave-
r. Coll.
lit. Diss.
II.
) Euri-
or.
) Orat.
Cluen-
pag. 358
) Plaut,
lit.
sc. I.

) Val.
x. L. II.
) S. & L.
cap. 2.
Plut. e-
vitâ

) Nepos
m. c. X.

dinem constant, non propagant longam diem, quippe & ipsa intere-
 unt. *Immortalis est sola ingenii memoria.* (y) Habeamus igitur ante
 oculos mortalitatem, à quâ asserere his unis monumentis (Libris) nos
 possumus: Nam *cetera* (ædificia, Urbes, Tropæa) *fragilia & cadu-*
ca, non minus quàm ipsi homines occidunt desinuntque. (z) *οἱ μὲν γὰρ παῖδες*
σωμάτων, ψυχῆς δὲ ἔκγονοι οἱ λόγοι. (a) *Filii quidem corporum, anima vero pro-*
steri sunt Sermones & Scripta. οἱ ἀνδριάντες καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν σωμάτων
ὑπομνήματα, τὰ δὲ βιβλία, τῶν λόγων, Statuæ & imagines corporum sunt mo-
numenta, Libri sermonum.

(y) S
 Conf.
 Polyb. c.
 XXXVII.
 (z) Plin.
 XI. Ep. 7
 (a) Ele
 Alex.
 Strom. I.

V. CHRISTIAN-RUDOLPHUS Müller / *Dresd.* suam senten-
 tiam præferet prioribus, & propugnabit hanc: *Beneficentia in litera-*
rum studiosos, Liberalitasq; in doctos, immortalam famam, memoriamq;
nominis nostri conciliat eternam. (b)

(b) Arist

Benefici enim justitia manet in æternum, Psalm. CXII, 5. ubi vox
 ἰσχυρῶς pro Eleemosynâ accipitur, ut rectè censet *Constant. L. Empereur*
 ad h. l. (c) *Quem Psaltis locum luculentius exprimit Siracides c.*
XLI, 17. ἐλεημοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει. **Barmherzigkeit bleibt**
ewiglich. *Benefacere enim homini est beneficium & thesaurum apud*
Deum deponere; ubi nullius rei oblivio. (d) *Ideò & Metænas Augustum*
 hortabatur, ne aureas vel argenteas statuas fieri sibi curaret, quæ
 minus diuturnæ; sed benefaciendo doctis viris, statuas sibi in animis
 hominum & scriptis eorum nulli interitui obnoxias efficeret. (e) *Nisi*
enim Augustus beneficiis affecisset Horatium Virgiliumq;: nisi Alexan-
der M. Aristotelem, nulla eorum scripta in hunc diem extarent.

T. 2, or.
 (c) A
 ὁδοὶ πο
 αν Ki
 chi p. 2
 (d) Ch
 hom. 27.

Dion. L
 II. Hist.

SERIES

σημείων τῆς διανοίας καὶ λέξεως.

| | | | | | | | |
|-----------|-----------------------------|-------------|---|---|---|------------------------|------|
| Ad Exord. | refertur <i>Dubitatio</i> , | ornatur per | - | - | - | - | - |
| | <i>Præteritio.</i> | | - | - | - | - | - |
| NARRAT. | <i>Definitio,</i> | | - | - | - | per <i>Synonymiam.</i> | |
| | <i>Exergasia</i> | | - | - | - | per <i>Asyndeton.</i> | |
| | <i>Διατύπωσις</i> | | - | - | - | per <i>Homæoptota.</i> | |
| | | | | | | | PRO. |

| | | | | | |
|-----------------|----------------------------------|---|---|---|---|
| PROPOS. | <i>Periphrasis</i> | - | - | - | per <i>Pleonasmum.</i> |
| | <i>Congeries</i> | - | - | - | per <i>Polysyndeton.</i> |
| | <i>Licentia</i> | - | - | - | per <i>Aposiopesis.</i> |
| CONFIRM. | <i>Ætiologia</i> | - | - | - | per <i>Homœotelevta.</i> |
| | <i>Incrementum</i> | - | - | - | per <i>Climacem.</i> |
| | <i>Gnome</i> | - | - | - | - |
| | <i>Sermocinatio</i> | | | | <i>cum Exclamatione.</i> |
| | <i>Prosopopœia</i> | | | | finitur per <i>Epipbonema.</i> |
| | <i>Transitio & Digressio</i> | | | | cum <i>Epanodo.</i> |
| | <i>Distributio</i> | - | - | - | - |
| | <i>Collatio</i> | - | - | - | per <i>Epizeuxin.</i> |
| | <i>Communicatio</i> | - | - | - | per <i>Interrogationem.</i> |
| | <i>Exempla</i> | - | - | - | cum <i>Noëmate.</i> |
| | <i>Apostrophe</i> | - | - | - | per <i>Symplocen.</i> |
| | <i>Icon</i> | - | - | - | per <i>Auxesin.</i> |
| | <i>Similitudo</i> | - | - | - | per <i>Parechesin.</i> |
| CONFUT. | <i>Prolepsis</i> | | | | per <i>Paronomastiam & Paradiast.</i> |
| | <i>Confessio</i> | - | - | - | per <i>Anadiplosin.</i> |
| | <i>Correctio</i> | - | - | - | per <i>Epanalepsin.</i> |
| | <i>Dissimilitudo</i> | - | - | - | per <i>Antitheta.</i> |
| | <i>Subjectio</i> | - | - | - | per <i>Tapinosin.</i> |
| CONCLUS. | <i>Concessio</i> | - | - | - | per <i>Antanaclasin.</i> |
| | <i>Rejectio</i> | | | | <i>in alium locum & Tempus.</i> |

Vos, PATRONI SCHOLÆ, & INSPECTORES, venite, distributionem Libb. & certamen hoc videte, & Dn. KLEINHEMPELIUM Liberalitate in literas vincite.

Valete.

F I N I S.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

28. Dez. 1991

24. Mai 1997

18. April 1996

digitalisiert nach 5-49 PPN: 311703771

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

III/9/280 JK



2 0307197

